



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 7. Quorundam aliorum de Resignatione doctrina notatu digna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

§. VII.

*Quorundam de Resignatione doctrina notata
digna.*

Henicus Suso Ordinis FF. Prædicatorum
Religionis magnæ vir consummata-
que virtutis, iis qui progressum facere desi-
derant in perfectione, in hanc loquitur sen-
tentiam apud Blos, in consol. pusilla. *Si vis es-
se quod non es, oportet prius te deficere ab eo quod
es, id autem certo certius tenendum, neminem
sibi de resignatione blandiri nec se resignatum
esse in animum inducere debere, quam diu gut-
tula una sanguinis in carne aut aliqua me-
dulla portio in ossibus latet qua non pro verâ sit
resignatione decocta atque consumpta.* Eius-
dem Ordinis Concionator celebris Joannes
Taulerus quem Blosius æstimat ex vitæ spi-
ritualis Magistris eruditissimum sui tempo-
ris sic loquitur de eadem re. *Si in optione ali-
cujus foret & arbitrio positum utrum ab om-
nibus vitiis & defectibus absolvi & expediri,
cunctasque virtutes & omnem perfectionem
obtinere vellet, nec ne, deberet ita dicere Deo
suo: Domine non meum bonum nec meam gra-
tiam peto, non meam voluntatem deosco sed
quomodo tu vis, ita libens accipio; si tibi visum
est ut illis caream, ego pro tua voluntate eis po-*

tius carere volo. Alius quidam insignis D
 fervus offerebat se Christo Domino inco
 tione cum perfectissima resignatione
 verbis: *En amantissime IESV Christe, desine
 hanc meam voluntatem in omne reliquo
 tempus vita mea & in omnem eternitatem
 tam perfecte pure ac fortiter in te erigere tuam
 gratissimam voluntati resignare & offerre, si
 nullus unquam homo fecit aut facere debuit
 itaque ex hac hora & deinceps in omne aeternum
 nihil unquam aliter aut plus aut minus
 corpore & anima mea, in vita, in morte, in
 bendo, carento, patiando, agendo ac dimittendo
 volo atque appeto quam quod tibi gratissimum
 est. Sancta quaedam Virgo in maximis
 doloribus quos Blofius comparat damnato
 rum cruciatibus, ita Deum alloquebatur
 append. insti. cap. 10. Mon. O dulcissime Domine
 ne Deus meus, memor esto quae so, benignus
 considera tuam me pauperem creaturam
 Te vero sempiternum Deum meum & Creatorem
 zorem meum, Ecce ego me in equissimum pa
 cium tuum humiliter projicio in tempore
 in eternitate, parataque sum infernalem
 ciatum quem sentio, perenniter sustinere, si
 tibi placet Et S. Gertrudis: Quamvis Domine
 mi pre omnibus deliciis mihi optabile & pre
 dum sit ut e carcere carnis educta tibi adque*

gar: si tamen velles, me hic manere, eligerem usque ad diem iudicij, in extremâ miseriâ ad laudem nominis tui degere. P. Joannes Langspergius Religiosus Ordinis S. Brunonis, cujus scripta omnia dulcissimæ pietatis melle perfusa, perfectam resignationem qua Deo nos offerre debeamus, declarat in hæc verba tenero plenissima affectu. In Enchir. mili. Christ p. 144. *Misericordissime Iesu, Domine benignissime. Fiat voluntas tua. Non potest, quod tu vis, esse malum, sed ordinatissimum sit necesse est, quidquid à te procedit. Si vis me habere infirmum; sit nomen tuum benedictum & fiat voluntas tua. Si vis me habere sanum, sit æquè nomen tuum benedictum & fiat voluntas tua. Si vis me mori; sit nomen tuum benedictum, & fiat voluntas tua. Si vivere; sit nomen tuum benedictum, & fiat voluntas tua.* Non nemo proferebat hæc verba pari aut majori etiam teneræ devotionis affectu. *Dulcis Iesu Deus meus, si mihi dares optionem & promitteres, quacumque peterem te mihi daturum; non aliud, quam hoc peterem idque millies millies & millies eam nunc peto, ut tua laudatissima voluntas secundum optimum tuum beneplacitum fiat in me, de me, & per me in omnibus. Amen.*

S. Ignatius Societatis JESU fundator qui

in hac virtute præcipuè studuit excellere, & præcipue
 jus etiam nobis in vitâ sua reliquit præcipue
 exempla, & eximia in nostris Constitutio-
 bus documenta, hanc tractans materiam
 aureo suo spiritualium exercitiorum libello
 duas concludit meditationes. hac sui ipsius
 oblationis formulâ: *En ô Rex supreme au-
 mine uniuersorum, tua ego licet indignus
 fretus tamen gratia. Et ope me penitus tibi
 ro, meaque omnia tua subijcio voluntati.
 scipe uniuersam meam voluntatem, in
 memoriam, intellectum atque voluntatem
 meam omnem, quidquid habeo Et possideo
 largitus es id tibi totum restituo ac prorsus
 do gubernandum. Amorem tui solum cum
 tia tua mihi dones Et dives sum satis.*

CAPUT VI.

De duobus modis quibus homines abent
 à vijs Dei.

§. I.

Suauitas diuina. Providentia.

SUprema Dei Creatoris nostri Providen-
 tia est mirabilis in donis suis & suauitas
 omnibus operibus suis; ut si sciremus et
 ductum per vias, quas nobis demonstrat,
 qui eâ fiducia quam par est habere bene